

assignata, eisque conditione injuncta, ut cognomen de *Oliveira* assumerent, reliquumque, quod exoneribus ab eo injunctis ex tertia superesset, pauperibus propinquis distribui iussit, quoad usque suus filius primo vocatus viginti annum attigisset, exindeque cum prædictum tertiæ residuum lucri faceret; posteaque adejecit quod filio liberos non habente, aut absque liberis vita functo, tale residuum ad capellam rediret proprios quis pauperibus distribuendum: Hæc est nostri testatoris implicata dispositio, ut ex ipso testamento videre est filius primo vocatus viginti ætatis annum complevit, filios, & nepotes suscepit, ut in confesso est, ideoque insurgit dubium, an illud fideicommissum propinquis pauperibus relictum sub illis conditionibus utpote per existentiam filiorum primo voacti deficientibus, evanuisse? An potius revivisceret, tanquam repetita prædicta conditione defecisse, fideicommissumque evanescere contendit R. & contra autem propugnat A.

S Mihi tamén de hac controvertia diutius hæsitati R causa melior visa fuit, & moveor sequentibus fundamentis, quæ ut clarius exponam, aliqua prius prænotanda existimo: Suppono itaque in supra relata dispositione duplex detegi fideicommissum, unum respectu Cappellæ administrationis, quam per suam familiam decurrere modo à se descripto, testator decrevit alterum respectu distributionis suis propinquis in modum alimosimæ faciendæ. Primum tum ex verbis testatoris ibi *e que assim era pelo tempo discorrendo por seus filhos, ou filhas por esta ordem & ibi e andara por esta materia a dita Capella sempre em seus*

*parentes mais chegados, & ibi em quanto o mundo durar & ibi, e seu admenistrador seja pella ordem que tem dito, e sechame sempre Oliveira;* quæ omnia clarè demonstrant nostrum testatorem agnationem seu inquam Capellæ perpetuitatem in favorem familiæ utique contemplasse, fideicommissumque perpetuum tractumque successivum induxisse, ex hisque lata manu congerit *Castilb. contr. lib. 5. cap. 89. d. n. 29. cum seqq.* quoties enim adsunt similes conjecturæ à 6. *Oldrad. cons. 21.* recedimus, regetionemque conditioni ad mittimus, recteque procedunt ad octo calamo congesta per A. patronum, juris prudentissimumque Dominum proxime altiori stylo deliberantem.

In secundo autem fideicommissio supra à me considerato non ita perpetuitatem contemplatam cerno, tum quia illud fideicommissum, dum propinquis, primo relinquit, non perpetuo, sed ad tempus relictum, detegitur, quo ad usque filius vigessimum ætatis annum complevisset, sic que in testatoris consideratione, casu quo filius, ejusque filij, seu descendentes suæ Capellæ administrationem subintrassent, per perpetuitatem oneris non attendit sed immo potius restrictionem, & temporis finitionem affectavit, quo casu in fideicommissio prædicto defuit perpetuitas, conjecturæque non adsunt, quæ ex mente testatoris repetitionem admittant, consiliumque *Oldrad. excludant*, de quibus *Castilb. proxime d. n. 30.* immo in contrarium me fortiter urget conjectura, nam si in hoc secundo fideicommissio repetitionem conditionis admittamus, potius in Capellæ destructionem, seu extinctionem tendimus, è contra autem ejus conservatienem adjuvamus



mus, facilius enim conservabitur, si illam pinguiorem reddamus, ut patet  
 11 nec credendum est, testatorem qui adeo enixe perpetuitatem Capellæ contemplant, illius augmentum non considerasse in ad eam vocatorum, & ita magis dilectorum favorem, non vero fideicommissariorum conditionalium, in quorum odium fuit adiecta conditio, & gravatorum primo vocatorum favorem ex *Bartol. in L. illis liberis ff. conditionibus & de monstr. Castilb. proxime n. 47.* deinde quanvis ad hoc secundum fideicommissum propinquiores sint vocati nun ideo hoc suam naturam amisit, & maioratus induit, *Molin. de primogen. lib. 1. cap. 5. n. 31.* maxime cum noster non testator gradatim eos ad fideicommissum in vitam set sed simul eos ad concursum distributionis pro rata admitteret, fideicommissique naturam explicuit prout de jure inest ex *L. peto §. fratre ff. legat. 2. ibi:* omnes fideicommissum petent, igitur cum hoc fideicommissum adeo a maioratu defferat, sequitur quod *Castilb. doctrina d. cap. 89. d. n. 30.* hic aplicanda non venit, immo cum hoc in terminis simplicis fideicommissi permaneat tanquam onus, & gravamen, & ita odiosum restringi debet, ea  
 12 que conjectura sumenda, ut persona honorata minus gravetur ex regula *L. unum ex famil. §. si rem ff. legat. 2. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 4. n. 8.* ideo que potius in favorem vocatorum ad Capellam sumenda nobis venit interpretatio, ut eos ab onere fideicommissi liberemus, potius que venit amplectendum *Oldradi* consilium, quod gravamen respuit, ejus que respectu repetitionem exclusit, prout ex *Castilb. in teligitur d. cap. 89. n. 47. ad fin. ibi.* in terminis vero *Oldrad.* quaeritur de gravamine, ex quibus cum

meo videri in fideicommissio particulari sumus, in quo perpetuitas non fuit contemplata, repetitio conditionis non venit amplectenda, sed immo fideicommissum hoc evanescere, deficiente conditione ex his, quæ jam diu deliberavi, de quibus *Pegas de successione, & erectione maioratus cap. 5. a n. 625.* hæc mea mens est, & ò utinam testatoris fuisset, ita placet sententia confirmata. Ulyssipone 22. Januar. 688.

Douctor Vieira.

Postquam inter egregios, dignissimos que patronos dimicatum fuit, ad nostrum senatum venit certamen judicandum, et cum videatur prælium tantis viribus usque adeo incertum, desiderabam utrique accedere, ad hoc ut victor evadam: fateor enim enssem meum ad conflictum tantorum Patrum esse indignum; suplebit ergo muniris injuncti indignitatem, & venia petita meum in medium proferam iudicium, & ò utinam veritati accedam.

Ad merita causæ jam accedamus. 13  
 Concedit itaque Antonius suum ultimum elogium, in quo de tertia Cappellam constituit, & in primis & ante omnia ad illam nominavit administratores, dum ejus filius 25. annum ætatis suæ non implevisset, & illico aut filio, filia ejus descendenti, & ad ministratori portionem assignavit, ut patet ex testamento a fol 6. vers. in appens. D. ibi. *E deixa ao filho ou filha que ficar por administrador hum myo de renda pelo trabalho da administração.* Et sub eodem sermone loquutus de alio ad ministratore non filio, nec descendente etiam portionem in considerationem oneris administrationis assignavit, ut patet ibi. *E em mentes seu filho, ou filha não administrar a dita Capella, ao administrador que for*



for, the daraõ trinta cruzados de seu trabalho.

Et paulo post formam succedendi in hac Capella præſcribit, & portiones assignatas administratoribus clarius ſpecificavit, nam ut ſupra dictum eſt, portio illa assignata administratoribus ſolum fuit habito reſpectu ad tempus, dum ejus filius 25. etatis annum non compleverat, modo vero generaliter & absolute in omni caſu portionem assignavit per illud verbum videlicet, ut patet fol. 7. in princip. *Convem a ſaber, que ao filho, ou filha que houver ao descendente the daraõ hum moyo, e naõ sendo descendente the daraõ trinta cruzados.*

Præſcrita ſic forma ſuccedendi; & assignata portione administratori tam ſuo, quam extraneo pro onere administrationis onera, omnia ad quæ obligata erat tertia declaravit d. fol. 7. & cum uſque ad huc de redditibus, ſeu de fructibus bonorum tertia non depoſuiſſet ad hoc ut mentem, & voluntatem ſuam declararet, in hæc verba præſumpit ibi d. fol. 8. verſ. in princip. *Comprido tudo o que manda, quer que ſe dê a ſeus parentes pobres mais chegados, atbe que ſeu filho ſeja de idade de 20. annos, e da hi por diante a comera o dito ſeu filho como for de 20. annos acabados, em que tendo filhos, havendo falecido ſem filho, ou filha tornara o dito remanecente á ditca Capella, cuja adminiſtração andara ſempre pelo modo, e maneira que atras diz, e peſſo que ſe chame Oliveira, e o que ſobejar depois de comprir a Cappella, e adminiſtrador, ſe repartira com ſeus parentes pobres mais chegados para ſempre.*

En diſtributio facta reddituum ſeu fructuum bonorum tertiae & declaratio voluntatis teſtatoris, ita que dum teſtator filium ad Capellam

Pars IV.

la administratorem vocavit, illius etatis ſua voluit 25. annorum, ad præcipiendum que Capellæ totum, & integrum reſiduum 20. annum complectum. En tota, & totalis & ſubſtantialis inſtituendi forma.

An autem *Oldradi*. celeb. e conſilium 21. in hac hypothefi locum habeat, hoc opus hi labor eſt; mihi tamen diutius cogitanti, laboranti viſum eſt, prædictum conſilium *Oldradi* ſibi locum non habere, & in primis ex eo quia prædictum conſilium locum non habet, quando adſunt coniectura, & præſumptiones, ex quibus colligitur teſtatorum voluiſſe onus reſtitutionis, eſſe reſtitutum à ſubſtitutis, ita tenet *Caſtilh. contr. cap. 89. n. 27. cum ſeqq. lib. 5.* cum multis aliis Doctores ab eo allegatis, quod ſane procedit ex diſpoſitione textus in *L. 1. Cod. de condit. incert.* ibi: *Niſi alia deſuncti voluntas evidenter probetur.*

Deinde dicendum eſt, prædictum *Oldradi* conſilium locum non habere, quoties teſtator fideicommiſſum perpetuum in favorem familiae conſtituit tractum ſucceſſivum habens: quod in præſentiarum contingit, & de hoc non dubitat juris prudentiſſimus præcedens dominus in ſua aurea deliberatione in fine verficuli, *Mihi tamen.* Solum enim affirmat in præſentiarum dari duplex fideicommiſſum, & licet in primo fateatur non habere locum prædictum *Oldradi*. conſ. in ſecundo vero à ſe conſiderato recte procedere affirmat.

Ego vero ad excludendum *Oldradi* Conſilium, non erubescor dicere, teſtatorum tantum amariſſe perpetuitatem circa fideicommiſſum Capellæ, quantum reſpectu diſtributionis fructuum in propinquos parentes debitis penſionibus, & meritis ſolutis quod evidenter probatur ex

Aaa

ipſa



ipsa amēt institutione, quia licet à principio facta fuisset distributio temporalis, ibi. Dum ejus filius vigessimum annum non implevisset, attamen ex post facto in casum, quo ejus filius descendentes non procreasset, distributionem fructuum perpetuam fecit, ut patet ex verbis institutionis, de quibus supra proxime mentionem fecimus ibi. *Se repartira com seus parentes pobres mais chegados para sempre.*

Ita ut quod testator quando cogitavit de ejus descendentes hujus fideicommissi seu Capellæ, administratoribus voluit, quod isti tales præcipuum haberent omne residuum Capellæ solutis oneribus: quando vero cogitavit de administratoribus transversalibus voluit, quod isti tales solum haberent portionem assignatam in principio institutionis ibi. *e naõ sendo descendente, lhe daraõ trinta cruzados.* Unde testator, seu institutor non solum conjecturatè hoc voluit, sed expressis & claris verbis hoc disposuit.

Quod absque hæsitatione meo videri probatur ex eo quia testator jussit, quod residuum solutis oneribus inter suos propinquos parentes divideretur, dum ejus filius liberos non habebat, & administrationem non intrabat, ut patet ex verbis institutis ibi. *e comprido tudo.* quod ex eo procedit, quia pronunc Capella administrabatur à transversalibus. Plane moriente filio ejus absque descendentes necessario Capella ad transversales erat devenitura: ergo sicut in primo casu antequam filius ingressus fuisset Capellæ administrationem residuum fructuum erat decidendum inter propinquos parentes ita similiter in eo casu quo filius hujusmodi absque descendentes decessisset, quia tunc administratio ad transversales spe-

ctabat, quod recte meo videri probatur ex verbis institutionis, de quibus supra ibi: *havendo falecido sem filho, ou filha tornará o dito remanente á dita Capella cuja administração andar á sempre pello modo e maneira que atras diz.*

Plane modus & forma, de qua supra est quod administrata Capella à transversalibus residuum dividatur: ergo cum Capella deficientibus decendentibus à transversalibus est administranda; jure optimo in hoc casu residuum dividi debet ex verbis institutionis ibi. *e o que sobejar depois de cumprir á Capella, e administrador, se repartirá.* Quæ quidem verba, *Capella, e administrador,* Non de suo, sed de extraneo debent intelligi, quia agens de suis loquutus fuit testator per illud verbum, *a comerá.*

Ex quibus concludo à testatore fuisse diversimode dispositum circa suos, & circa extraneos idest transversales, ita ut quod agens de suis voluit quod integrum residuum præciperent agens vero de extraneis seu collateralibus, quod solum perciperent portionem assignatam idest 30. cruzados.

Unde ex his jam celebri *Oldradi* consilium à nostra hypothese excludi debet, quia sumus in dispositione clara, quæ pro lege debet observari ex text. in *Authentic. de nupt. §. disponat. collat. 4. L. verbis legis 120. ff. de verbor. signific. Ord. lib. 4. tit. 100. §. 3.*

Hic sic positus cum capella, qua 15 de agitur à collateralibus administrata sit, jam venit dicendum residuum inter proximos testatoris parentes esse dividendum, & cum *Adrix* suam intentionem recte probasset, ut patet non solum ex hoc processu, sed etiam ex appenso D. & de ejus paupertate recte nos doceant, recte

VI venit



venit dicendum inter Actricem, sororemque Reæ seniore rem residuum esse dividendum ex *text. in L. peto 69. §. fratre ff. de l. g. 2. L. si cognatis 20. ff. de reb. dub. Mortaff. de caus. piis lib. 4. cap. 4. n. 47.*

16 Neque obstat dicere quod Rea administratrix potest filios suos ad distributionem admittere, ut tenet idem *Mortaff. lib. 4. cap. 5. n. 8.* quia respondetur, quod prædicta resolutio procedit, quando simpliciter testator commisit distributionem administratori, quod in præsentiarum non invenitur, quia in proximos parentes dividendum iussit revocetur ergo iudicatum, & residuum dividatur, quod sic placet licet laconice ob temporis brevitate, & aliorum processuum urgentiam. Ulyssipone 3. Februarii 1688.

Moufinho.

Potius vates, quam iudex necessarius erat in præsentia, cum intellectus in utramque partem inclinet, ut veritas vix assequi possit; dubia est institutio, dubia sunt verba, dubiique præcedentes Sap. Dom. igitur quod iustum fuerit & conforme materiæ, de qua agimus, proferam, o utinam sicut volo veritatem attingam.

Capella instituta apparet in præsentia, & pro comperto est, quod regularis successio in filioprimo vocato ibi: *fol. 7. Seu administrador que será só;* data fuit, & sic, observata, vocatisque descendens; igitur circa successionem nil est disputandum.

Est ne præsens quaestio, an illa clausula distribuendi residuum intelligatur, deficientibus descendens, an expirasset susceptis liberis per primum administratorem, & expirasset substitutio piæ causæ.

17 Mihi non videretur perpetua dicta dispositio, sed restricta, & limitata solum in casu, de quo loquitur mo-

Pars IV.

veor, ex eo quia certum est de jure quod substituta pia causa subconditione, si hæres sine liberis decedat, susceptis liberis expirat substitutio *textus est in L. ex facto §. si quis autem susceperit ff. ad Trebel. Cov. in cap. Rain. de testam. n. 5. terminantur Mortaff. de pia causa lib. 1. cap. 8. n. 73.* in facta distributio commissa fuit eo casu, quo sine liberis moreretur, suscepit vocatus liberis, ergo piæ causæ expiravit substitutio.

Secundo ea, quæ limitato casu 18 disponuntur ultra illum casum non extenduntur *text. in L. non modus cod. de servit. paria enim sunt limitatè disponere, quam vel disposita solummodo limitare ad text. optimum in L. luti §. quæ habeat ff. ad Trebel. Cassan. cons. 4.* Voluntas limitata ultra limites suos non debet extendi, *text. est in L. fin. ubi Bartol. ff. inquam cod. ne uxor pro marito;* in præsentia distributio fuit limitata in duobus casibus eo casu, quo sine filiis moreretur, ergo ultra illum non possumus extendere. Fuit etiam limitata distributio usque ad ætatem 25. annorum, & limitatum ad tempus ultra illud non extenditur *text. in L. Imperator ff. de post. L. 4. ff. de servit. Tiraq. de retr. convent. §. 1. gloss. 2. n. 44.*

In præsentia dispositio nostra per verba limitata lata fuit, *se repartira & in casu, & tempore limitato ibi: morrendo sem filios, & ibi: até ida-* de quibus interminis ad alios non expressos casus non potest extendi, cum per verba limitata dispositio 19 concipitur: omnes enim casus excluduntur, de quibus non loquitur *text. in L. in agris in fin. de acquir. rer. domin. L. age cod. de transact. se communem dicens Barb. de jud. in L. cum Prætor. 12. an. 36. & præcipue 40.*

Aaa ij

Neque



Neque evertitur supradicta resolutio ex doctissima præcedentis Domini consideratione, quod in præfenti dicit in §. quod absque scilicet quod si testator voluit quod decedente filio sine filiis distributio fieret, consideravit quod tunc successio provenire debebat ad collaterales (quod erat in præfenti) ita similiter ex voluntate, & identitate rationis fieri debebat, quia negamus sequelam, non enim sufficit in præfenti, ut identitas rationis detur, ad hoc ut onus distributionis extendatur, quia de jure certum est, dispositionem limitatè concessam non extendi neque ex identitate rationis optimum consilium in hac materia fecit Lud. Cassanat. 4. n. 129. videndus ubi plures refert.

21 Nec etiam obest altera consideratio, quod testator loquutus fuit per verbum generale ibi: *Para sempre*, tractum postulans successivum, qui hoc non obest, potius pendet dispositio, si limitata fit, quam verba adjecta dispositioni, quamvis sint generalia, *Pedroca conf. 5. num. 171.* potius enim considerandum quod testator primo intendit, quod est restrictum, quam quod adjecit generale ex primo quod intenditur regulatur actus *Casilh. lib. 4. cap. 49. n. 19. videndus.*

Et quod interminis dispositio nostra non egrediatur casum, de quo loquitur, tenet per optime *Casilh. lib. 4. cap. 45. n. 13.* cujus verba exponere fas erit ibi: *Et limitans certas personas & certum casum* quod in restitutione loquitur *num. 12. & seqq. videatur, & iterum num. 45.*

22 Nec evincit quod sumus in dispositione, quæ renascitur, & judicanda ex hac causa perpetua, ideo legatum quintæ partis fructuum censetur annuum, eo quia fructus

quotannis renascuntur sic dicit *text. in L. defuncta §. fin. ff. de usufruct.* sic est in proposito, ergo & cæt. quia hoc non evincit ex communi quam cum *Barb. adducit. Casilh. quotid. tom. 4. cap. 39. n. 47.*

23 Non obest, quod sumus in materia maioratus, in quibus clausulæ repetitæ censentur, prout cum *Molin. dicit. Casilh. quotid. lib. 5. cap. 89.* ubi in hoc casu cessare *conf. 21. Oldrad.* tenent, quia respondeo, nos non agere de materia maioratus quoad perpetuitatem ipsius, sed de materia oneris, in quo non viget ratio conservationis maioratus, & quod in materia oneris intelligatur *Conf. Oldrad.* & quod non exeat personas declaratas tenet cum *Bartol. Mier. de maiorat. q. 11. n. fin. p. 1.* Onus enim odiosum est, quamvis 24 apponatur in maioratu, substitutio ad conservationem familiæ favorabilis reputatur, ideo substitutio extenditur de casu ad casum, & de persona ad personam; non sic onus quia tanquam odiosum non extenditur ex nota regula odia cum vulgaribus.

Ex eo enim in constitutione maioratus extenditur substitutio, & repetita censetur conditio, quia si non extenderetur, bona remanerent libera, & non conservarentur. In onere si extensionem admitteremus non solum conservationem negamus, sed detrimentum, & destructionem admittimus, non enim interpretatio facienda est, ut dispositio maioratus subvertatur sed ut conservetur, testator capellam instituit cum vocatione cognominis, quomodo administratori onus imponendum? ultra casus expressos contra opem *Bartol.* supra relati.

Durissima clausula adversus nostram resolutionem apponitur in institutione in præcepto testatoris fol.



7. quod administrator descendens modium magnum habeat, & si non fuerit descendens solum habeat triginta cruciatis, in qua videtur voluisset quod solum portiones has administratores habuissent, cetero relicto ad pauperum distributionem. Verum adhuc mihi non urget tale præceptum, ut distributionem inductam iudicem in omni casu, in quo propter filium vocatum alius fuisset administrator; hoc enim implicat, quia si absolute prout sonat dictam clausulam sic intelligamus, sequeretur, quod idem dispositum censeretur in nepote testatoris ex filio vocato (hic erat descendens) & tamen hoc non erat dicendum, ergo absolute non est intelligenda.

25 Ego vero diu pensitans, facta in institutione consideratione, notavi, quod quando dicta clausula posita fuit in testamento appenso D. fol. 7. adhuc testator de distributione facienda nec verbum loquutum fuisse, postea autem in fine testamenti distribui iussit; illis duobus casibus, tam usque ad ætatem 25. annorum filij, quam eo casu quo orbatus fuisset sine filiis, & nunquam illa dispositio limitata intelligenda erat, antequam proponeretur; si prius loquutus fuisset testator in distributione, & postea quotam administrator assignaret, bene poterat dici, quod sub eodem themate disponebat ad hoc ut divisio inter pauperes locum haberet, sed incivile est, quod testator disposuisset in suppositione quam adhuc non declaverat. Facit quod testator loquutus fuit eo in casu, quo filius nupsisset absque matris & propinquorum consensu, & ibi non declaravit quod residuum distribueretur, si voluisset admittere in omni casu distributionem, quis nam casus erat melior quam is, in quo privabat filium à successione,

in illo, non declaravit, fuit ea occasione, quod solum in illis duobus declaratis divisionem admisit; neque tam paucæ considerationis erat, si defunctus divisionem amaret, quod non declarasset.

Quoad me illa assignatio quotæ vel fuit eo casu quo filius vocatus foret intra pubertatem, vel quia voluit signate quotam ne eo casu, quo redditus capellæ non sufficeret defuere missa, ne administrator partem à *L. concessam lib. 1. tit. 62. §. 55.* postulari; vel eo quia cum alia legata relinquebat in testamento, declararet, quid administratoribus tribuendum erat, ne prætextu administrationis deficeret nec missa, neque legata, vel cum capellam intenderet, putaret quod ad unguem observare debebat dispositio *Ord. lib. 1. tit. 62. §. 53.* quæ capellam declarat, in qua certa quota administratoribus relinquitur, vel saltem licenciatus qui testamentum fecit, hoc juxta *d. Ord. posuit.*

Ultimo non contemnendo iudicio, 26 quod casus noster dubius proponitur, & in dubio substitutio non est extendenda *Menoch. de præsumpt. lib. 4. præf. 67. n. 26.* nec si pia sit causa contra *Menochium præf. 65. n. 22. eod. lib. tenet. Mostaff. supra in casu limitato;* & in materia oneris, 27. in quo interpretatio fieri debet, quominus hæredem gravet, ad destructionem maioratus, & conservationem familiæ, quam vocavit cognomento *Oliveira;* nec spernendæ sunt tot juris resolutiones ex una clausulæ quotæ assignatæ posita ante casus divisionis; igitur potius placet in puncto juris sententiæ Sap. Patris secundo loco deliberantis, & transeat processus ad sequentem Sap. & disertiss. Dominum, qui meliorem eligit partem, sic sententia confirmata. Ulyssipone die 12. Februarij 1688. Lacerda.

Coloniæ



Colendissimos inter ac disertissimos Patres nostri nunc muneris tantas componere litis. Difficilis sane est testatoris dispositio; sibi enim apparet contraria, & negotium nobis facit prorsus dubium, sed fortasse aliter contingeret, si nobis occurreret, á principio, primo que loco suffragium nostrum expectaret, tunc enim clarior nobis videretur testatoris voluntas.

- 28 Quæritur in præsentī, an bonorum pras, quæ superest, sit distribuenda inter pauperes consanguineos testatoris, vel non? In hac facti contingentia circa dispositionem in appens. B. fol. 7. videtur, testatorem Cappellam instituisse, non maioratum, quia administratoribus certam quotam assignavit, vel certam rem, quod idem est junta *Ord lib. 1. tit. 62. §. 53. ibi. Certa causa, ou certa quota. Ægid. in L. 1. Cod. de sacros. Eccles. p. 5. §. 2. n. 17.* Ideo que testator verbo Capellæ semper usus fuit, & verbo compromissi, quod á complere dirivatur, ut notat *Pegas ad d. Ord. §. n. 1.* & licet in hoc verba testatorum non attendantur ex *dict. Ord.* attamen cum in præsentī convenient cum dispositione, non sunt contemnenda.

- 30 Agnoscimus idem jus in Capellis, & maioratibus sonat *Pereira dec. 22. n. 1.* attamen Capella pium respicit, maioratus profanum *Ægid. ubi supra*, unde in præsentī testator totus sui in rebus piis: etiam Angelorum antesignano, Michaeli, pulchrum, prolegato, ramum reliquit, nec aliud declarat, certe pulcher, erit ramus iste, non tamen aureus, cum Michael non ut referat, sed ut claudat Averni fores invigilet.

Adrem.

In hac pia dispositione plurimum curavit testator de consanguineis, nam voluit Capellanum consanguini-

neum, consobrino legata titulo elemosinæ reliquit, & tandem proprio filio anteposuit transversalem in administratione Capellæ usque ad certum tempus, ex his omnibus mihi videbatur distributio facienda juxta claram testatoris voluntatem & non captanda verba testamenti ab imperito sane scripti quidquid ipse se magistrum nuncupet, & ægroto dictati. cum & infirmitas torquet, & mortis timor conturbat.

31 Etiam mihi videbatur Capellam constitutam respectu ipsius met filij, & descendendum, cum eis certa tantum pars fuerit assignata fol. 7. ibi. *a seu filho hum moyo de trigo & fol. 8. seus descendentes hum moyo.* consonat quod á principio animam hæredem instituit in tertia, plane animam instituere, & postea maioratum facere, minus verissimile videtur, & quod non concordat cythara cum psalterio, ut inquit textus in cap. diversis fallais de cleric. conjugat. Verum tamen cum de hoc dubium non sit, & respectu filiorum maioratum constitutum fuisse, & Sap. Domini, & usus longæus com probaverint, quod & ex præcepto (*que se chame Oliveira*) confirmabitur, sed leviter nam & in Capella familiari bene cadit tale præceptum restat videre, an deficientibus descendibus filij primo vocati, debeant transversales, probat appellata, relequum distribuere? Verbaque inserviunt sunt talia fol. 9. *a comera o dito seu filho como for de vinte annos a cabados, e naõ tendo filhos, ou falecendo sem filho, ou filha tornar á o dito remanecente a dita Capella, cuja admenistração andara sempre pelo modo, e maneira, que atras diz, e peço que se chame Oliveira, e o q̄ sobejar depois da obrigação da Capella se repartira com seus parentes pobres mais chegados para sempre.*

Hæc



Hæc verba, quæ dubitationem faciunt, quo ad me exprimunt; ac declarant testatoris voluntatem, ut scilicet onus distributionis perpetuo agnoscatur à transversalibus, de quibus ibi loquebatur, primo quia de his, ut ad ministratoribus cogitavit testator, secundo quia eis onus perpetuo injunxit, tertio quia id præ, quam inceperat dispositioni conveniebat.

- 32 Id unum obstat, quod hujusmodi onus transversalibus fuit impositum, si filius sine liberis decesserit, ac cum filius liberos habuerit, ut est in confesso, defecit conditio & gravamen, juxta jura de quibus *Oldradus conf. 21.* sufficit enim conditionem deficere, *L. quidam intestamento defideicom. libert.* cum amplius reviviscere nequeat *L. ex facto §. penult. ff. ad Trebell. L. qui res §. arcam ff. eod. tit.*

Verum ex adverso mihi maxime repugnare videtur testatoris voluntas, nam ipse à principio, dum Capellam transversali dedit usque ad certam ætatem filij, distributionem faciendam dixit, ergo similiter præsumendum est, quod Capella ad

- 33 alios transversales devenit, cum posteriora ex prioribus possint declarari *L. non est novum 26. ff. de legib.* cum videamus testatorem adeo de consanguineis, & de bono animæ curam habuisse, & si hanc illius voluntatem fuisse, decimus prout fuisse videtur ad illam potius, quam ad verba attendendum est *text in L. pater de cond. & demonstr. Menoch. lib. 1. præsumpt. 26.* Deinde quia cum simus in fideicommissio perpetuo, in maioratu, aut Capella non libere dici potest conditionem defecisse, ex eo quod filius primò vocatus liberos habuit, cum imò de hoc controversia sit inter DD. de qua *Reinos. obs. 64. à n. 32.*

apud quam plures & ipse n. 35. non defecisse tenet & esse meliorem sententiam, repetitionemque conditionis intelligendam *ex regul. L. Titia Seyo §. Jeya de legat. 2.* eleganter *Gam. decis. 224. à n. 12.* & ibi additio ubi *Oldradi* consilium excludit, quando adsunt conjecturæ contrariæ voluntatis, quando agitur de maioratu aut fideicommissio perpetuo etiam conjecturato, nos tamen agimus de maioratu, aut capella, certe, & indubitanter constituta, vocatis ad successionem filiis & in eorum defectum transversalibus, nec dicitur, quod licet conditio repetita videatur in maioratibus, id non sit dicendum respectu oneris, quod quidem non est necessarium ad rei perpetuitatem, quia respondetur, quod si conditio censetur repetita, idem in onere adjuncto dicendum est, in quo datur eadem voluntas testatoris, præcipuè in nostris terminis, ubi tale onus in perpetuum apponitur, & omnes descendentes, sive inquam ad ministratores vocati, idem onus agnoscere debent *Mantica de conjectur. lib. 8. tit. 2. n. 18.*

Deinde si onus distributionis rejicimus, similiter rejiciamus missarum onus, nec enim differentia dabitur, cum de tali onere solum à principio disposuerit, & tunc eveniet, quod ille testator, qui animam in hæreditatem tertiæ vocavit, nec unam missam habeat pro anima, id autem ut absurdum dicendum non est. Quare sententia primi & tertij domini collendissimi mihi videtur testatoris voluntati conformior, & sequenda in revocationem judicati.

Quia tamen facile evenire potest, ut ad ministrator pauper deterioris conditionis sit, quam alius pauper consanguineus, quia v. g. unus, aut duo pauperes, & proximiores



miores consanguinei inveniuntur, & redditus Capellæ ad sex, vel octo modios excreſcent, tunc enim ad menſtrator unum modium, illi vero cæteros habebunt, & ſic majus commodum, & lucrum conſequuntur, quod quantum ſit abſurdum, & voluntati teſtatoris repugnans, facile cognoſci poteſt, ſiquidem admenſtrator, in quo maius conſideratur, vel ex gradu, vel ex ſexu &c. minus cōmodi reportabit, quam illi, qui minus juris habebant, qua de cauſa fuerant ab admenſtratione removendi, ſi illam in iudicio petiviſſent; Deindè quis proximior pauper Capellæ ſucceſſionem admittet, cum viderit ſepius lucraturum ut proximior & pauper, quam ut pauper, & admenſtrator. Igitur in hoc caſu, qui de facili dabitur, et fortasſe datur in præſenti, declararem, quod ita reſiduum deſtribuat, ut quando admenſtrator pauper appareat, æqualem ſaltem allis accepiat portionem, eam tamen nunquam minorem modio aſſignato.

Hanc declarationem omnino neceſſariam juſtam, et legitimam eſſe exiſtimo: primo quia non eſt præſumendum teſtatorum aliud voluiſſe argumento *text. in L. cum avus* 34 ff. de cond. & demonſtrat. Secundo quia ſemper debet attendi pietatis ratio, quæ teſtatorum movit, at extenſio de caſu ad caſum admittitur, etiam extacita voluntate teſtatoris, quam elici poſſe ex conjecturis notant DD. ad *text. in L. Galus* §. & quid ſtantum ff. liber. & poſthum. Additio ad *Gam. deciſ. 27. n. 2.* Facit quod mens teſtatoris regulatur à verosimili *L. ſi ſervus plurium* §. fin. de legat. 2. *Gam. deciſ. 224. n. 13. & 14.* Declaratio autem noſtra verosimilis certè eſt ſic placet. Ulyſſipone 26. Februarij 1688.

Doutor Fonſeca.

§. XXX.

An, & quando maioratus erectus de bonis patrimonij Clerici ſuſtineri debeat, vel poſſit revocari, & ad quem pertineant bona in erectione reſervata.

S U M M A R I U M.

*Inſtitutio maioratus facta per diſpoſitionem inter veros manet irrevocabilis, & amplius ab inſtitutore, revocari non poſt* n. 1.

*An donatarius teneatur ad debita donantis* n. 2.

*An ſucceſſor maioratus teneatur ſolvere debita contracta ab inſtitutore poſt maioratus erectionem* ibidem.

*Succeſſor maioratus, in donatione irrevocabili inſtitutus, non tenetur ad æs alienum, poſt donationem contractum.* n. 3.

*Quando donator uſumfructum ſibi reſervavit utique traditio translatioque domini, cenſetur interveniſſe* n. 4.

**N**O feito de Manoel Filippe; contra Maria Paes, Eſcrivaõ Diogo Correa Marichal, ſe deo a ſentença ſeguinte.

*Viſtos eſtes autos libello offerecido por parte de Maria Paes, viuva que ficou de Manoel Ledo, contrariedade dos Reos, Manoel Felipe, e ſua mulher, replica, e treplica, e mais artigos recebidos, e documentos juntos, e provas dadas. Por parte da A. ſe moſtra, que eſtando ella A. vivenda*



do de humas portas a dentro, com seu irmão o Padre Francisco Soares, Clerigo do Habito de S. Pedro, recolhera o mesmo para sua companhia ao Padre Manoel Rodrigues Ledo também Clerigo do Habito de S. Pedro, compadecido do mesmo, ser Clerigo mal governado, e não ter em esta Villa outros parentes, que se compadecessem delle, e por ser parente muito chegado do marido della Autora Manoel Ledo. Mostra-se que o ditto Padre Manoel Rodrigues Ledo assistira em a ditto casa della Authora alguns annos, aonde ella Autora, e o ditto seu irmão o Padre Francisco Soares o serviaõ, e tratavaõ delle com toda a charidade, como se fóra outro irmão, e curando-o em suas enfermidades, para o que não bastavaõ os rendimentos das fazendas do ditto Padre, e ella Autora, e seu irmão supriãõ com os seus bens. Mostra-se mais por parte della A. que o ditto Padre Manoel Rodrigues Ledo agradecido aos dittos beneficios, que assim recebia, e esperava receber, fez doação de seus bens a ella A. com reserva de 200000 reis para testar, e os usufructos em sua vida delle ditto Padre doador, com a clausula, que ella A. não tomaria posse dos dittos bens, senão depois da morte do ditto Padre, como tudo se mostra da escriptura de doação junta. Mostra-se mais, que dos dittos bens doados a ella A. se meterãõ os RR. logo que faleceo o ditto Padre Manoel Rodrigues Ledo, e actualmente se estão conservando em a ditto posse. E por parte dos RR. se mostra, que por tempo de dous annos proximos à morte do ditto Padre Manoel Rodrigues Ledo, tiverãõ ao mesmo, em casa

Pars IV.

delles RR. sustentando-o de todo o necessario com toda a charidade, sem que o ditto Padre tivesse de que se sustentar, por quanto a A. cobrava os rendimentos de suas fazendas, e em casa delles RR. morreo o ditto Padre, e lhe fizeram todos os gastos, assim da doença, como do enterro, e por estas cousas o ditto Padre Manoel Rodrigues Ledo, deixou a elles RR. por seus herdeiros, revogando em seu testamento a doação que já tinha feito à A. e em virtude do ditto testamento elles RR. se meterãõ de posse dos dittos bens. Allega-se mais por parte dos RR. que o ditto Padre Manoel Rodrigues Ledo não podia fazer chamada doação, por quanto em o mesmo tempo em que fez a ditto escriptura de doação, lhe estava prohibida a administração de seus bens, e dado curador pelo Vigario dos Clerigos desta Villa, que não assinou a ditto escriptura, e também porque a maior parte dos bens de raiz, que possuibia o ditto Padre eraõ de seu patrimonio, a cujo titulo se tinha ordenado, e conforme a Direito Canonico, os Clerigos os não podem doar por lhe ser prohibido a allienação dos dittos bens, e assim mais, porque a ditto doação não foy insinuada conforme se requiere de Direito, para sua validade; allegãõ mais que ainda que a ditto chamada doação fosse valida, não podia ter effeito, por quanto a A. foy ingrata ao ditto Padre doante, lançando-o de casa e negandolhe os rendimentos das suas fazendas, por cuja causa o ditto Padre andava doente mendicando, e elles RR. o recolherãõ para sua casa, por se compadecerem delle, e fizeram algumas dividas para o ali-

Bbb

men-



mentarem. O que tudo visto com o mais dos autos, disposição de Direito, conforme ao qual a qualquer homem he promettido, que possa fazer doação de todos os seus bens que possue actualmente, assim moveis, como de raiz, reservando alguma parte delles para testar por sua morte, e por parte da A. se mostra pela escriptura junta, que o Padre Manoel Rodrigues lhe fez doação remuneratoria entre vivos, e irrevogavel de todos os seus bens, reservando os usus, e fructos delles, e vinte mil reis para poder testar, deferindo, e dilatando a posse dos dittos bens para depois da morte delle ditto Padre doante, o que não repugna a doação entre vivos, nem a fazer passar em doação causa mortis, conforme a opiniaõ commua dos Doutores. Julgo a doação por boa, e valida intervivos, e irrevogavel, e feita conforme a Direito, e a A. por verdadeira senhora dos dittos bens doados, e mando, que os RR. deabraõ mão dos dittos bens, e se faça real entrega delles a A. com os fructos da lide contestada em diante, ao que não obsta, o que se allega por parte dos RR. por quanto se não mostra, que o ditto Padre doante se tivesse dado curador, e prohibida a administração de seus bens, pelo seu Prellado, e o Vigario dos Clerigos desta Villa não tem esta jurisdicção, por ser Vigario forano, e os Clerigos na commua opiniaõ dos Doutores lhe não seja prohibido doar os seus bens do seu patrimonio, transferindo a entrega delles, para o tempo da morte, e reservando os usus, e fructos, como se vê da forma da escriptura da doação, nem para a validade della ser necessario insnuarse por

ser remuneratoria, e não exceder os meritos, e não se mostra destes autos, que se excedesse a taxa da Ley, nem mais obsta o que se allega por parte dos RR. foy a A. ingrata ao ditto Padre Manoel Rodrigues Ledo, por quanto se não prova destes autos a tal ingratidão, nem o ditto Padre doante ter intentado esta aução em júiso em quanto vivo, para poder passar aos RR. como seus herdeiros, como se requiere de Direito, e visto como destes autos se mostra, que os RR. alimentaraõ ao ditto Padre Manoel Rodrigues quasi dois annos, e lhe fizeram os gastos, e funeraes em sua morte, e por elle pagaraõ alguns foros. Mando que a A. satisfaça estes gastos aos RR. pelos rendimentos das fazendas do ditto Padre, o que tudo se liquidará na execução desta sentença. E julgo aos RR. por herdeiros do ditto Padre Manoel Rodrigues Ledo somente em os vinte mil reis, que reservou para testar, e delles satisfaraõ os legados, que sua alma deixou, e as custas destes autos se dividiraõ em dez partes, das quaes pagará a A. duas partes, e os RR. as mais. Villa-Visoça. 5. de Fevereiro de 680.

Francisco Nunes de Aguiar.

Aqua sentença fui appellatum ad Auditorem ubi fuit lata sententia sequens.

Bem julgado foy pelo Juiz de fóra desta Villa, em condemnar aos RR. Manoel Philippe, e sua mulher, a que larguem à A. Maria Paes os bens de que se intrometeraõ de posse por morte do Padre Manoel Rodrigues Ledo, vistos os autos, e como delles se mostra, que o ditto Padre Manoel Rodrigues fez à ditto Maria Paes do-



doação inter vivos, pura, e irrevogavel de todos ſeus bens, com reſerva dos uſufrutos, em vida delle doador, e eſta ſenaõ podeſſe revogar no teſtamento com que faleceo, e menos deixar de ſer valida, em não ſer inſnuada, pois nas doações remuneratorias, como eſta, ſenaõ require inſnuação alguma, e o revogar adoação, ſõ pertence ao doador em ſua vida, e não contra peſſoa alguma depois de ſua morte, ainda fallando por ſeu herdeiro univerſal; mas não ſoy por elle bem julgado, em mandar que a A. pague os gastos funeraes, revogando ſua ſentença neſta parte, mando que os RR. paguem, e juntamente os legados que deixou o ditto Padre em ſeu teſtamento, viſto conſtar delle ficarem os RR. por ſeus herdeiros, ficando ſõ a A. obrigada a lhe pagar os alimentos do ditto Padre, e os fóros da fazenda, que ſe pagaráõ, moſtrando os RR. quitações de os haverem pagos pelos rendimentos dos bens doados, mas não até pagar os cincoenta mil reis, cujo eſcritto o apprezentarão os RR. por ſer dívida contrahida depois da doação celebrada, e paguem os RR. as cuſtas deſta appellação, em que outroſim os condemnão. Vila-Viſoça 3. de Agoſto de 680.

Pedro Teixeira Leytão.

Aqua ſententia fuit appellatum ad ſupplicationis Senatum ubi fuit confirmata, & fundata indeliberationibus ſequentibus.

1 Inſtitutio maioratus facta per diſpoſitionem inter vivos, manet irrevocabilis, & amplius ab inſtitutore revocari non poteſt, L. quoties cod. de donat. que ſubmod. Peireir. deciſ. 48. n. 8. Auguſt. Barb. vot. 30. n. 2. & 3. & impedit factionem

Pars IV.

teſtamenti in rebus donatis, Cozar Laren. reſol. 91. n. 4. 5. & 7. & reſol. 147. n. 1. & 2. & probatur ex Ord. lib. 4. tit. 63. & ita in hac parte ſententiam laudo ex dictis á ſapientiffimo Patrono appellatae, quoad debitum 50U. relictis quaſtionibus, an donatarius tenetur ad debita donantis de qua Renof. obſ. 42. & iterum ommiſſa diſputatione, an ſucceſſor maioratus teneatur ſolvere debita contracta ab inſtituente poſt maioratus erectionem de qua Phæb. deciſ. 84. mihi videtur in hac controverſia ſequendam eſſe illam reſolutionem, qua cavetur, talia bona eſſe obligata in ſubſidium, deficientibus bonis liberis, & illis excuſſis, ex text. in L. Pater filium 38. §. 1. ff. legat. 3. cum aliis Molin. de primog. lib. 1. cap. 10. n. 4. Noguero. alleg. 40. n. 38. & 39. & ita in hac parte ſententiam declararem, ut ſi bona libera non ſufficiant ad ſolutionem talis debiti, illis excuſſis reſiduum ſolvat appellata ſic confirmata ſententia. Ulyſſipone 7. Martij 1681.

Freire.

Sententia optimi Auditoris, quatenus donationem formam, & obſervandam decernit proculdubio placet, placet etiam circa creditum 50U. & conſequenter diſplicet declaratio præcedentis chariffimi ſodalis, quippe certum eſt injure, quod ſucceſſor maioratus in donatione ei revocabiliter inſtitutus non tenetur ad æs alienum poſt donationem contractam eleganter, Carvalh. cap. Raynald. p. 2. n. 265. Fragof. de regimen. republic. p. 3. lib. 9. diſput. 19. §. 2. n. 2. & quanvis Carvalhus ipſe hanc reſolutionem demum procedere cenſeat ſi traditis intercedat vera, aut ſaltem per clauſulam conſtituti hæc ſane declaratio Actrici non officit ex duobus

Bbb ii

in-



invincibilibus argumentis. Primo, quia procedit respectu creditorum cum hypotheca qualis non est Reus: Secundo, quia ex quo donator usufructum sibi reservavit, utique vera traditio censetur intervenisse translatioque domini, & possessoris, text. expressus in L. quisquis 28. cod. de donat. Gom. in L. 45. taur. n. 63. Geurb. de feud. §. 1. glos. 13. n. 36. Posth. de manut. obs. 20. a n. 54.

Præpterea, quidquid disputant Doctores nostri super illa questione utrum donatarius universalis conveniri a creditoribus donatoris possit meo quidem sensu intelligi non potest, nisi erga eos, qui ante donationem creditores erant, minime verò erga eos, qui post donationem contraxerunt, quod clare deducitur ex Tondut. resolut. civil. p. 2. cap. 174. n. 1. & 2. Ulyssipone 11. Aprilis 1681.

Lopes. Oliveyra.

Semper in consulendo, & iudicando actione revocatoria, & Pauliana, æquitate ductus oppinionem primi Patris duobus titulis senatoris amplector. Ulyssipone 17. Aprilis 685.

Andrade Rua.

Cum secundo Domino conveniunt. Lacerda. Almeida.



Maioratus bona, an & quando præscribi possint, & ad quem pertineant illorum mellioramenta.

SUMMARIUM.

Possessor quamvis habeat titulum in

validum fructus à se perceptos civiliter acquirit n. 1.

Si titulus non ostendit, condemnandus venit quo possessit indibite n. 2.

Ex una tantum præstatione, bene acquiritur possessio n. 3.

Ad adpiscendam possessionem, unus actus sufficit n. 4.

Si specificè in institutione alienatio prohibeatur, nec etiam in vita administratoris, nec servitus ab illo in illa imposta valebit n. 5.

Limitatur tamen in venditione, pro debito instituentis n. 6.

Propter instituentis debita potest executio fieri, & fortius si debitum contractum sit ante illius institutionem n. 7.

Limita si institutor relinquirit alia bona libera ex quibus ipsius debita solvi possint, quia tunc bona vinculata immunita remanent n. 8.

Quando bona maioratus hypothecantur pro aliquo debito, cum facultate regia prius debent bona libera exequi, quam deveniant, ad bona maioratus n. 9.

Prohibitio institutoris, non potest tollere jus creditori n. 10.

Ad præscriptionem rei maioratus sufficit spatium 40. annorum n. 11.

Contrarium quod contra maioratum in quo expressa, vel tacita, datur alienandi prohibitio, comixta cum prohibitione legis nulla datur præscriptio n. 12.

